

galba.

Antoninus pius

Eusebius

et sibi aduersa et galbe prospera ominan-
 tum. Et in uita galbe sicut. Magna et
 assidua monstra inde a principio exitu
 rei qualis euenit portenderunt. Cum
 per omne iter dextra sinistraq; opidatum
 uictime cederentur. Taurus securis ictu
 consternatus rupto uinculo essedum eius
 inuasit. elatisq; pedibus totum cruore p-
 fudit. ac descendente speculatore impul-
 su tube lancea prope uulnerauit. Urbem
 quoq; et deinde palatium ingressum exce-
 pit terra. et tremore assimilis quidam mu-
 gitui sonus. et reliqua. Id ipsum et Anto-
 ninus cognomento pius imperator in qua-
 dam eius ad uniuersos asie populos qui
 christianos enixe ad necem persequabantur
 epistola. ceu eusebius in quarto ecclesia-
 stice historie libro refert. his uerbis inter
 cetera declarasse uidetur. sic enim inq[ui]-
 E go quidem non ambigo etiam ip[s]is diis cu-
 re esse ne quis noxius lateat. multo enim
 magis ipsis conuenit punire eos qui sibi